



LJUBLJANSKI

# ŠKOFIJSKI LIST.

## Laibacher Dioecesanblatt.



Vsebina: 35. Epistola encyclica de unitate ecclesiae (Continuatio). — 36. De-  
cretum S. Congr. Episcop. et Regul. de monialium collectis. — 37. Familiengrund  
auf einem Friedhofe. — 38. Gesetz betreffs grundbürgerlicher Einverleibung auf Grund  
von Privatfunden in geringfügigen Grundbuchsfächen. — 39. Šemalizem. — 40. Kon-  
kurzni razpis. — 41. Škofijska kronika.



35.

Venerabilibus fratribus patriarchis primatibus archiepiscopis episcopis aliisque locorum  
ordinariis pacem et communionem cum apostolica sede habentibus

LEO PP. XIII.

(Continuatio.)

Maturo in caelum reditu, qua ipse potestate missus a Patre fuerat, eadem mittit Apostolos, quos spargere ac disseminare iubet doctrinam suam: *Data est mihi omnis potestas in caelo et in terra. Euntes ergo docete omnes gentes . . . Docentes eos servare omnia, quaecumque mandavi vobis.*<sup>1)</sup> Salvos fore, qui Apostolis paruissent, qui non paruisserint, interituros: *Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur.*<sup>2)</sup> Cumque illud sit providentiae Dei maxime congruens, ut muneri praesertim magno atque excellenti praeſificiat neminem, quin pariter suppeditet unde liceat rite defungi, idecirco Jesus Christus missurum se ad discipulos suos Spiritum veritatis pollicitus est, eumque in ipsis perpetuo mansurum: *Si autem abiero, mittam eum (Paraclitum) ad vos . . . Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.*<sup>3)</sup> Et ego rogado Patrem, et alium Paraclitum dabit vobis, ut maneat vobiscum in aeternum, Spiritum veritatis . . .<sup>4)</sup> Ille testi-

monium perhibebit de me: et vos testimonium perhibebitis.<sup>1)</sup> Hinc doctrinam Apostolorum religiose accipi sancteque servari perinde imperat ac suam: *Qui vos audit, me audit: qui vos sernet, me sernet.*<sup>2)</sup> Quamobrem legati Apostoli a Iesu Christo sunt non secus ac ipse legatus a Patre: *Sicut misit me Pater, et ego mitto vos*<sup>3)</sup>: propterea quemadmodum dicto audientes Christo esse Apostolos ac discipulos oportuit, ita pariter fidem adhibere Apostolos debuerant. quoscumque ipsi ex mandato divino docuissent. Ergo Apostolorum vel unum repudiare doctrinae praeceptum plane non plus licuit, quam de ipsis Christi doctrina reiecerisse quicquam. — Sane Apostolorum vox, illapso in eos Spiritu sancto, quam latissime insonuit. Quacumque vestigium posuissent, perhibent se ab ipso Iesu legatos. *Per quem (Iesum Christum) accepimus gratiam, et apostolatum ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius*<sup>4)</sup>: divinamque eorum legationem passim Deus per prodigia in aperto ponit: *Illi*

<sup>1)</sup> Matth. 28, 18, 19, 20.

<sup>2)</sup> Marc. 16, 16.

<sup>3)</sup> Io. 16, 7—13.

<sup>4)</sup> Ibid. 14, 16, 17.

<sup>1)</sup> Ibid. 15, 26, 27.

<sup>2)</sup> Luc. 10, 16.

<sup>3)</sup> Io. 20, 21.

<sup>4)</sup> Rom. 1, 5.

*autem profecti praedicaverunt ubique, Domino cooptante, et sermonem confirmante, sequentibus signis.<sup>1)</sup>* Quem vero sermonem? eum utique, qui id omne comprehendenderet, quod ipsi ex magistro didicissent: palam enim aperteque testantur, nihil se eorum posse, quae viderant quaeque audierant, non loqui.

Sed, quod alio loco diximus, non erat eiusmodi munus apostolicum, ut aut cum personis Apostolorum interire posset, aut cum tempore labi, quippe quod et publicum esset et saluti generis humani institutum. Apostolis enim mandavit Iesus Christus ut praedicarent *evangelium omni creaturae*, et portarent nomen ipsius coram gentibus et regibus, et ut sibi testes essent usque ad ultimum terrae. Atque in tanti perfunctione muneris adfore se pollicitus eis est, idque non ad aliquot vel annos vel aetates, sed in omne tempus, usque ad consummationem saeculi. Quam ad rem Hieronymus: *Qui usque ad consummationem saeculi cum discipulis se futurum esse promittit, et illos ostendit semper esse victuros et se numquam a credentibus recessurum.*<sup>2)</sup> Quae quidem omnia in solis Apostolis, supremae necessitati ex humana conditione obnoxii, qui vera esse potuissent? Erat igitur provisum divinitus ut magisterium a Iesu Christo institutum non iisdem finibus, quibus vita Apostolorum, terminaretur, sed esset perpetuo mansurum. Propagatum revera ac velut in manus de manu traditum videmus. Nam consecravere episcopos Apostoli, quique sibi proxime succederent in *ministerio verbi*, singillatim designavere. — Neque hoc tantum: illud quoque sanxere in successoribus suis, ut et ipsi viros idoneos adlegerent, quos, eadem auctoritate auctos, eidem praeficerent docendi officio et muneri: *Tu ergo, fili mi, confortare in gratia, quae est in Christo Iesu: et quae audisti a me per multos testes, haec commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt et alios docere.*<sup>3)</sup> Qua de caussa sicut Christus a Deo, et Apostoli a Christo, sic episcopi et quotquot Apostolis successere, missi ab Apostolis sunt: *Apostoli nobis Evangelii praedicatores facti sunt a Domino Iesu Christo, Iesus Christus missus est a*

*Deo. Christus igitur a Deo, et Apostoli a Christo, et factum est utrumque ordinatim ex voluntate Dei . . . Per regiones igitur et urbes verbum praedicantes, primitias earum spiritu cum probassent, constituerunt episcopos et diaconos eorum qui crediti erant. . . Constituerunt praedictos, et deinceps ordinationem dederunt, ut quum illi decessissent, ministerium eorum alii viri probati exciperent.*<sup>1)</sup> Permanere igitur necesse est ex una parte constans atque immutabile munus docendi omnia, quae Christus docuerat: ex altera constans atque immutabile officium accipiendo profitendique omnem illorum doctrinam. Quod praecclare Cyprianus iis verbis illustrat: *Neque enim Dominus noster Iesus Christus, cum in Evangelio suo testaretur inimicos suos esse eos, qui secum non essent, aliquam speciem haereseos designavit: sed omnes omnino qui secum non essent et secum non colligentes, gregem suum spargerent, adversarios esse ostendit, dicens: Qui non est tecum, adversus me est; et qui non tecum colligit, spargit.*<sup>2)</sup>

His Ecclesia praeceptis instituta, sui memor officii, nihil egit studio et contentione maiore, quam ut integritatem fidei omni ex parte tueretur. Hinc perduellum habere loco et procul amandare a se, qui de quolibet doctrinae suae capite non secum una sentirent. Ariani, Montanistae, Novatiani, Quartadecumani, Eutychiani certe doctrinam catholicam non penitus omnem, sed partem aliquam deseruerant: haereticos tamen declaratos, electosque ex Ecclesiae sinu quis ignorat fuisse? Similique iudicio damnati, quotquot pravorum dogmatum auctores variis temporibus postea consecuti sunt. *Nihil periculosius his haereticis esse potest, qui cum integre per omnia decurrant, uno tamen verbo, ac si veneni gutta, meram illam ac simplicem fidem Dominicae et exinde apostolicae traditionis inficiunt.*<sup>3)</sup> Idem semper Ecclesiae mos, idque sanctorum Patrum consentiente iudicio: qui scilicet communionis catholicae expertem et ab Ecclesia extorrem habere consueverunt, quicumque a doctrina, authentico magisterio proposita vel minimum discessisset. Epiphanius, Augustinus, Theodoretus haere-

<sup>1)</sup> Marc. 16, 20.

<sup>2)</sup> In Matth. lib. IV., cap. 28, v. 20.

<sup>3)</sup> 2. Tim. 2, 1. 2.

<sup>1)</sup> S. Clemens Rom., Epist., I. ad Cor. cap. 42. 44.

<sup>2)</sup> Epist. LXIX., ad Magnum, n. 1.

<sup>3)</sup> Auctor Tractatus de Fide Orthodoxa contra Arianos.

seon sui quisque temporis magnum recensuere numerum. Alia Augustinus animadvertisit posse genera invalescere, quorum vel uni si quis assentiatur, hoc ipso ab unitate catholica seiungitur: *Non omnis, qui ista (numeratas videlicet haereses) non credit, consequenter debet se christianum catholicum iam putare vel dicere. Possunt enim et haereses aliae, quae in hoc opere nostro commemoratae non sunt, vel esse vel fieri, quarum aliquam quisquis tenuerit, christianus catholicus non erit.*<sup>1)</sup>

Istam tutandae unitati, de qua dicimus, institutam divinitus rationem urget beatus Paulus in epistola ad Ephesios; ubi primum monet, animorum concordiam magno studio conservandam: *solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis*<sup>2)</sup>: cumque concordes animi caritate esse omni ex parte non possint, nisi mentes de fide consentiant, unam apud omnes vult esse fidem: *Unus Dominus, una fides: ac tam perfecte quidem unam, ut errandi discrimen omne prohibeat: Ut iam non simus parvuli fluctuantes et circumferamur omni vento doctrinae in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris.* Idque non ad tempus servari docet oportere, sed *donec ocurramus omnes in unitatem fidei . . . in mensuram aetatis plenitudinis Christi.* Sed eiusmodi unitatis ubinam Jesus Christus posuit principium inchoandae, praesidium custodiendae? In eo videlicet, quod *Ipse dedit quosdam quidem Apostolos . . . alias autem pastores, et doctores, ad consummationem sanctorum in opus ministerii, in aedificationem corporis Christi.* Quare vel inde ab ultima vetustate hanc ipsam regulam doctores Patresque et sequi consueverunt et uno ore defendere. Origenes: *Quoties autem (haeretici) canonicas proferunt scripturas, in quibus omnis christianus consentit et credit, videntur dicere: ecce in dominibus verbum est veritatis. Sed nos illis credere non debemus, nec exire a prima et ecclesiastica traditione, nec aliter credere, nisi quemadmodum per successionem Ecclesiae Dei tradiderunt nobis.*<sup>3)</sup> Irenaeus: *Agnitio vera est Apostolorum doctrina . . . secundum successiones episcoporum . . . quae pervenit*

*usque ad nos custoditione sine fictione scripturarum tractatio plenissima.*<sup>1)</sup> Tertullianus vero: *Constat proinde, omnem doctrinam, quae cum illis Ecclesiis apostolicis matricibus et originalibus fidei conspiret, veritati deputandam, sine dubio tenentem quod Ecclesiae ab Apostolis, Apostoli a Christo, Christus a Deo accepit . . . Communicamus cum Ecclesiis apostolicis, quod nulli doctrina diversa: hoc est testimonium veritatis.*<sup>2)</sup> Atque Hilarius: *Significat (Christus e navi docens) eos, qui extra Ecclesiam positi sunt, nullam divini sermonis capere posse intelligentiam.* Navis enim Ecclesiae typum praefert, *intra quam verbum vitae positum et praedicatum hi qui extra sunt et arenae modo steriles atque inutilles adiacent, intelligere non possunt.*<sup>3)</sup> Rufinus Gregorium Nazianzenum laudat et Basilium, quod solis divinae scripturae voluminibus operam dabant, earumque intelligentiam non ex propria praesumptione, sed ex maiorum scriptis et auctoritate sequabantur, quos et ipsos ex apostolica successione intelligendi regulam suscepisse constabat.<sup>4)</sup>

Quamobrem, id quod ex iis, quae dicta sunt, appareat, instituit Jesus Christus in Ecclesia vivum, authenticum, idemque perenne magisterium, quod suapte potestate auxit, spiritu veritatis instruxit, miraculis confirmavit: eiusque praecelta doctrinae aequa accipi ac sua voluit gravissimeque imperavit. — Quoties igitur huius verbo magisterii edicitur, traditae divinitus doctrinae complexu hoc contineri vel illud, id quisque debet certo credere, verum esse: si falsum esse ullo modo posset. illud consequatur, quod aperte repugnat, erroris in homine ipsum esse auctorem Deum: *Domine si error est, a te decepti sumus.*<sup>5)</sup> Ita omni amota dubitandi caussâ, ullamne ex iis veritatibus potest cuiquam fas esse respuere, quin se det hoc ipso praecipitem in apertam haeresim? quin, seiunctus ab Ecclesia, doctrinam christianam una complexione repudiet universam? Ea quippe est natura fidei, ut nihil tam repugnet quam ista credere, illa reiicere. Fidem enim Ecclesia profitetur esse

<sup>1)</sup> Contra Haereses lib. IV, cap. 33, n. 8.

<sup>2)</sup> De Praescript. cap. 21.

<sup>3)</sup> Comment. in Matth. 13, n. 1.

<sup>4)</sup> Hist. Eccl. lib. II., cap. 9.

<sup>5)</sup> Richardus de S. Victore, De Trin. lib. I, cap. 2.

<sup>1)</sup> S. Augustinus, De haeresibus n. 88.

<sup>2)</sup> Eph. 4, 3 sqq.

<sup>3)</sup> Vetus interpretatio commentariorum in Matth. n. 46.

*virtutem supernaturalem, qua, Dei adiuvante et aspirante gratia, ab eo revelata vera esse credimus, non propter intrinsecam rerum veritatem naturali rationis lumine perspectam, sed propter auctoritatem ipsius Dei revelantis, qui nec falli nec fallere potest.<sup>1)</sup>* Si quid igitur traditum a Deo liqueat fuisse, nec tamen creditur, nihil omnino fide divina creditur. Quod enim Iacobus Apostolus de delicto iudicat in genere morum, idem de opinionis errore in genere fidei iudicandum: *Qui cumque... offendat... in uno, factus est omnium reus<sup>2)</sup>:* imo de opinionis errore, multo magis. Omnis enim violata lex minus proprie de eo dicitur qui unum peccavit, propterea quod maiestatem Dei legum latoris sprevisse, non nisi interpretanda voluntate, videri potest. Contra is, qui veritatibus divinitus acceptis vel uno in capite dissentiat, verissime fidem exuit funditus, quippe qui Deum quatenus summa veritas est et *proprium motivum fidei*, recusat vereri: *In multis mecum, in paucis non mecum: sed in his paucis, in quibus non mecum, non eis prosunt multa, in quibus mecum.<sup>3)</sup>* Ac sane merito: qui enim sumunt de doctrina christiana, quod malunt, ii iudicio suo nituntur, non fide: iidemque minime *in captivitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi,<sup>4)</sup>* sibimetipsis verius optemperant, quam Deo: *Qui in Evangelio quod vultis, creditis; quod vultis, non creditis: vobis potius quam Evangelio creditis.<sup>5)</sup>*

Quocirca nihil Patres in Concilio Vaticano condidere novi, sed institutum divinum, veterem atque constantem Ecclesiae doctrinam, ipsamque fidei naturam sequuti sunt, cum illud decrevere: *Fide divina et catholica ea omnia credenda sunt, quae in verbo Dei scripto vel tradito continentur, et ab Ecclesia sive solemni iudicio, sive ordinario et universali magisterio tamquam divinitus revelata proponuntur.<sup>6)</sup>* Itaque cum appareat, omnino in Ecclesia sua velle Deum unitatem fidei, compre-

tumque sit eiusmodi eam esse, et quo principio tuendam ipse iusserit, liceat Nobis, quotquot sunt qui non animum induxerint aures veritati claudere, iis Augustini verbis affari: *Cum igitur tantum auxilium Dei, tantum profectum fructumque videamus, dubitabimus nos eius Ecclesiae condere gremio, quae usque ad confessionem generis humani ab apostolica Sede per successiones episcoporum, frustra haereticis circumlatrantibus, et partim plebis ipsius iudicio, partim Conciliorum gravitate, partim etiam miraculorum maiestate damnatis, culmen auctoritatis obtinuit? Cui nolle primas dare, vel summae profecto impietatis est, vel praeceps arrogantiae... Et si unaquaque disciplina, quamquam vivil et facilis, ut percipi possit, doctorem aut magistrum requirit: quid temerariae superbiae plenius, quam divinorum sacramentorum libros et ab interpretibus suis nolle cognoscere, et incognitos velle damnare?<sup>7)</sup>*

Hoc igitur sine ulla dubitatione est officium Ecclesiae, christianam doctrinam tueri eamque propagare integrum atque incorruptam. Sed nequaquam in isto sunt omnia: imo ne finis quidem, cuius caussa est Ecclesia instituta, officio isto concluditur. Quandoquidem, ut Iesus Christus pro salute humani generis se ipse devovit, atque hoc, quae docuisset quaeque praecepisset, omnia retulit, sic iussit Ecclesiam quaerere in veritate doctrinae, quo homines cum sanctos efficeret, tum salvos. — Verum tanti magnitudinem atque excellentiam propositi consequi sola fides nullo modo potest: adhiberi necesse est cum Dei cultum iustum ac pius, qui maxime sacrificio divino et sacramentorum communicatione continetur, tum etiam sanctitatem legum ac disciplinae. — Ista igitur omnia inesse in Ecclesia oportet, quippe quae Servatoris munia in aevum persequitur: religionem, quam in ea velut *incorporari* ille voluit, mortalium generi omni ex parte absolutam sola praestat: itemque ea, quae ex ordinario providentiae consilio sunt instrumenta salutis, sola suppeditat.

At vero quo modo doctrina caelestis nunquam fuit privatorum arbitrio ingeniove permissa, sed principio a Iesu tradita, deinceps ei separatim, de quo dictum est, commendata magisterio: sic

<sup>1)</sup> Conc. Vat. sess. III, cap. 3.

<sup>2)</sup> Iac. 2, 10.

<sup>3)</sup> S. Augustinus, In Ps. 54, n. 19.

<sup>4)</sup> 2 Cor. 10, 5.

<sup>5)</sup> S. Augustinus, Contra Faustum Manichaeum lib. XVII, cap. 3.

<sup>6)</sup> Sess. III, cap. 3.

<sup>7)</sup> S. Augustus, De utilitate credendi cap. 17, n. 35.

etiam non singulis e populo christiano, verum delectis quibusdam data divinitus facultas est perficiendi atque administrandi divina mysteria, unā cum regendi gubernandique potestate. Neque enim nisi ad Apostolos legitimosque eorum successores ea pertinent a Iesu Christo dicta: *Euntes in mundum universum, praedicate Evangelium . . . baptizantes eos . . . Hoc facite in meam commemorationem . . . Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.* Similique ratione non nisi Apostolis, quique eis iure successissent, mandavit ut *pascerent*, hoc est cum potestate regerent universitatem christianorum, quos hoc ipso eis subesse debere atque obtemperare est consequens. Quae quidem officia apostolici muneris omnia generatim Pauli sententia complectuntur: *Sic nos existimet homo ut ministros Christi, et dispensatores mysteriorum Dei.*<sup>1)</sup>

Quapropter mortales Jesus Christus, quotquot essent, et quotquot essent futuri, universos advocabit, ut ducem se eumdemque servatorem sequentur, non tantum seorsum singuli, sed etiam consociati atque invicem re animisque iuncti, ut ex multitudine populus existeret iure sociatus; fidei, finis, rerum ad finem idonearum communione unus, uni eidemque subiectus potestati. Quo ipse facto principia naturae, quae in hominibus societatem sponte gignunt, perfectionem naturae consentaneam adepturis, omnia in Ecclesia posuit, nimirum ut in ea, quotquot filii Dei esse adoptione volunt, perfectionem dignitati suae congruentem assequi et retinere ad salutem possent. Ecclesia igitur, id quod alias attigimus, dux hominibus est ad caelestia, eidemque hoc est munus assignatum a Deo ut de iis, quae religionem attingunt, videat ipsa et statuat, et rem christianam libere expediteque iudicio suo administret. Quocirca Ecclesiam aut non recte norunt aut inique criminantur qui eam insimulant, velle se in civitatum rationes inferre, aut in iura potentatus invadere. Imo Deus perfecit, ut Ecclesia esset omnium societatum longe praestantissima: nam quod petit ipsa tamquam finem, tanto nobilis est quam quod ceterae petunt societas, quanto naturā gratia divina, rebusque caducis immortalia sunt praestabiliora bona. — Ergo

<sup>1)</sup> 1 Cor. 4, 1.

Ecclesia societas est ortu *divina*: fine, rebusque fini proxime admoventibus, *supernaturalis*: quod vero coalescit hominibus, *humana* communitas est. Ideoque in sacris litteris passim videmus vocabulis societatis perfectae nuncupatam. Nominatur enim non modo *Domus Dei*, *Civitas supra montem posita*, quo convenire gentes omnes necesse est: sed etiam *Ovile*, cui praesit pastor unus, et quo recipere se oves Christi omnes debent: imo *Regnum quod suscitavit Deus*, quodque *stabat in aeternum*: denique *Corpus Christi*, *mysticum* illud quidem, sed tamen vivum apteque compositum, multisque conflatum membris; quae membra non eundem actum habent: copulata vero inter se, gubernante ac moderante capite, continentur. Iamvero nulla hominum cogitari potest vera ac perfecta societas, quin potestate aliqua summa regatur. Debet igitur Jesus Christus magistratum Ecclesiae maximum praefecisse, cui obediens ac subiecta omnis esset christianorum multitudo. Qua de caussa sicut ad unitatem Ecclesiae, quatenus est *coetus fidelium*, necessario unitas fidei requiritur, ita ad ipsius unitatem, quatenus est divinitus constituta societas, requiritur iure divino *unitas regiminis*, quae *unitatem communionis* efficit et complectitur: *Ecclesiae autem unitas in duobus attenditur: scilicet in connexioni membrorum Ecclesiae ad invicem seu communicatione, et iterum in ordine omnium membrorum Ecclesiae ad unum caput.*) — Ex quo intelligi licet, excidere homines ab Ecclesiae unitate non minus schismate, quam haeresi: *Inter haeresim et schisma hoc esse arbitrantur, quod haeresis perversum dogma habeat: schisma propter episcopalem dissensionem ab Ecclesia separetur.*<sup>2)</sup> Quibuscum illa Ioannis Chrysostomi in eamdem rem sententia concordat: *Dico et protestor, Ecclesiam scindere non minus esse malum, quam incidere in haeresim.*<sup>3)</sup> Quamobrem si nulla potest esse honesta haeresis, pari ratione schisma nullum est, quod possit iure factum videri: *Non est quiquam gravius sacrilegio schismatis . . . praecidenda unitatis nulla est iusta necessitas.*<sup>4)</sup>

<sup>1)</sup> S. Thomas 2, 2, q. 39, a. 1.

<sup>2)</sup> S. Hieronymus, Commentar. in Epist. ad Titum cap. 3, v. 10. 11.

<sup>3)</sup> Hom. XI in Epist. ad Eph. n. 5.

<sup>4)</sup> S. Augustinus, Contra epistolam Parmeniani lib. II, cap. 11, n. 25.

### Ex S. congregatione episc. et regul.

**Decretum quo moderatur ministerium colligendi eleemosynas per mulieres in piis Institutis ut opera misericordiae exerceant, Deo se devoentes.**

Singulare quidem protectione et auxilio dignae semet exhibent mulieres illae, quae in piis religiosisque Institutis Deo se devovent, ut in proximorum bonum longe lateque opera misericordiae exerceant nedum directe, sed stipem etiam iisdem operibus sustentandis quaeritantes, atque egregiam eapropter humilitatis, patientiae, charitatis aliarumque virtutum laudem praeseferentes. Cum tamen hoc colligendarum eleemosynarum ministerium, prae muliebri quaeritantium indole, ac hodierna humanae societatis conditione, periculis haud vacet nisi opportunis cautelis communiatur, Sacra Congregatio Episcoporum et Regularium nonnullis Episcopis potentibus, re diligenter et mature persensa, haec quae sequuntur statuit ac decrevit.

I. In votorum simplicium Institutis opus quaeritandi eleemosynas alumnae non aggrediantur nisi in spiritu fidei, quod stipem non sibi quaerant, sed ipsi Christo Iesu, memores verborum eius: *Quamdiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis.* Praeterea Ordinarios locorum, etiamsi eorum territoria pertranseant, obsequio, reverentia et devotione prosequantur, tamquam parentes et patronos, quos adeant cum fiducia pro consilio, auxilio ac praesidio in qualibet necessitate.

II. Iisdem votorum simplicium Sororibus non licet eleemosynas quaerere sive intra dioecesim in qua ipsae resident, sive extra sine licentia Ordinarii loci respectivae residentiae.

III. Stipem quae sitrae extra dioecesim respectivae residentiae, licentiam obtinere insuper debent ab Ordinario loci in quo eleemosynas quaeritare desiderant.

IV. Nihil tamen impedit, quominus Superiore, nulla petita licentia, ad sublevandam domuum vel piorum operum, quibus praesunt inopiam, possint eleemosynas undeque oblatas accepto habere, vel etiam per literas impetrare ab honestis ac benevolis personis quibuscumque,

usquedum a legitimo superiore, rationabili ex causa, non prohibeantur.

V. Ordinarius loci, in quo extat domus Sororum quaeritare volentium, licentiam eis non concedat, 1. si de vera domus vel pii operis necessitate sibi non constet; 2. si quaeritatio comode fieri possit per alios ab ipsomet Ordinario designandos. Si autem necessitati occurri valeat per quaeritationem in loco, in quo Sorores resident, vel infra propriam dioecesim, Ordinarius licentiam eisdem non impertiatur eleemosynas colligendi extra dioecesim.

VI. Utraque licentia tradatur gratis et in scriptis, in qua quilibet Ordinarius leges et conditiones imponere poterit, quas pro locorum, temporum et personarum adiunctis magis oportunas in Domino iudicaverit. Licentia vero Ordinarii piae Sororum domus contineat literas vel commissorias ad parochos aliasve prudentes personas, pro Sororibus quaeritantibus intra dioecesim, vel commendatitias ad Ordinarios aliarum dioecesum pro Sororibus extra propriam dioecesim quaerantibus. In literis commissoriis mandetur parochis aliasve probis personis, ut consiliis et meliori qua possunt operâ praesto sint Sororibus, earum agendi rationem invigilent, et si quid in eis minus rectum resciverint, statim ipsi Ordinario referant. In commendatitiis exorentur Ordinarii locorum, ut in sua quiske dioecesi Sorores ad quaeritandum admissas protegat ac adiuvet ac si sibi subditas eas haberet.

VII. Quisque loci Ordinarius sorores ex aliena dioecesi advenientes ad eleemosynas colligendas non admittat, nisi prius eamdem licentiam proprii Ordinarii sibi exhibuerint. Sororibus vero huiusmodi licentiam exhibentibus ipse suam, si lubeat, impertiatur licentiam quaeritandi in propria dioecesi. Ubi autem Sorores, etiamsi utrâque licentiâ praeditae, in eleemosynarum quaestu male se gerant,

statim in propriam domum eas redire Ordinarius iubeat, opportunisque etiam mediis si opus fuerit compellat.

VIII. Superiorissae, praesertim extra locum ubi domus habent, nunquam ad eleemosynas quaerendas mittant Sorores, nisi binas, aetate et animo maturas, intra dioecesim non ultra mensem, extra dioecesim non ultra duos menses, et semper ea pecuniae summa instructas qua, inopinato quocumque casu cogente, possint statim domum redire. Sorores quaeritantes semper et ubique eā qua decet, modestia eniteant, virorum familiaritatem et sermones inutiles caveant; clamores, tabernas aliaque loca incongrua evitent; nec in dominibus longiorem moram faciant, quam sit necessarium pro expectandis eleemosynis. Singulae nunquam incedant, neque ab invicem separentur, nisi necessitate impellente. Iter facientes, si comode fieri poterit, utantur viā ferrea; sed quantum possunt, de nocte, neque ab uno loco discedant, neque ad alium perveniant. De suo adventu futuro praemoneant illum, cui datae sunt Episcopi literae; eique cum pervenerint se sistant precesque adhibeant, ut intercedat pro invenienda hospitalitate

apud aliquod pium seminarum Institutum, vel saltem apud aliquam honestam mulierem, nunquam vero in domo ubi possint in aliquod periculum offendere. Matutinas ac vespertinas preces non omittant: quotidie de mane aliquam ex vicinioribus ecclesiis petant, ibique Sacre assistant: singulis hebdomadis Poenitentiae et Eucharistiae sacramentis reficiantur. Ante solis ortum et post occasum eleemosynas per loca non quaeritent. Elapso tempore ad quaeritandum eis praefixo, sine ulla mora ad propriam Superiorissam recto tramite remigrent. Eleemosynas nunquam arroganter vel tamquam debitas postulent, sed breviter et humiliter sua et piorum operum exposita inopia, si quid sponte offertur accipiant, secus patienter divinae Providentiae confidant. Alias normas oportunas, quae a propria Superiorissa dari poterunt, adamussim observent.

Datum Romae ex Secretaria memoratae S. Congregationis Episcoporum et Regularium die 27. Martii 1896.

I. Card. Verga, Praefectus.

A. Can. Boccafogli, Sub-Secr.

### 37.

## Familiengruft auf einem Friedhöfe.

**Rechtsverhältnisse in Betreff einer auf einem Friedhöfe erbauten Gruft. Rechtliche Folgen der Bezeichnung einer solchen als Familiengruft. Zuständigkeit der Gerichte zur Entscheidung der hierauf bezüglichen Fragen.**

Die Verlassenschaftsabhandlung nach dem verstorbenen D. wurde durch einen zwischen den erblässerischen Kindern J., M. und B. abgeschlossenen Erbvergleich beendet, nach welchem das ganze bewegliche und unbewegliche Nachlaßvermögen, soweit dasselbe inventirt war, von dem erblässerischen Sohne J. übernommen wurde. Der Erblässer hatte auf dem Ortsfriedhofe von dem zuständigen Pfarramte in Vertretung der Friedhofsverwaltung einen Begräbniszplatz mit der Bestimmung erworben, auf demselben eine Familiengruft zu errichten, welche derselbe nach Bezahlung der hiefür entfallenden Gebühren auch hergestellt hat. Diese Gruft wurde jedoch in das Nachlaßinventar nicht einbezogen und dem J. auf Grund des abgeschlossenen Erbvertrages nicht eingeantwortet. J. trat nun gegen seine zwei Geschwister flagbar auf, mit dem Begehr, die Geßlagten seien schuldig, anzuerkennen: a) dass die Gruft in den Nachlaß des verstorbenen

D. gehöre, b) dass der Kläger infolge des abgeschlossenen Erbvergleiches auch die Gruft, rücksichtlich das Recht, an der Gruft innerhalb des Rahmens der hiefür geltenden administrativen Bestimmungen ausschließlich zu verfügen, übernommen habe, c) dass die Geßlagten schuldig seien, zu gestatten, dass dieses Vermögensobjekt in die Inventur eingestellt und d) dem Kläger nachträglich eingeantwortet werde.

**Das Gericht erster Instanz hat dem Klagebegehren in den Punkten a) und c) stattgegeben, in den Punkten b) und d) jedoch dasselbe abgewiesen.**

**Gründe:** Der Kläger leitet sein Recht auf die streitige Gruft aus dem Erbvergleiche ab und stützt sich darauf, dass er nach diesem Vergleiche das ganze Nachlaßvermögen, wie es am Todesstage des verstorbenen D. stand und lag, somit auch die Gruft, beziehungsweise das Recht an derselben erworben habe. Die von den Geßlagten geltend gemachte

Einwendung der Inkompetenz der Gerichte, weil eine Gruft, beziehungsweise das Recht an derselben, eine res extra commercium sei, und ein Eigenthumsrecht an derselben nicht erworben werden könne, ist nicht begründet, denn es handelt sich hier um die civilrechtliche Frage, wem jene Rechte zuzufallen haben, welche der Erblasser an der strittigen Gruft durch den Kauf des Grabplatzes von der Administrationscommission des Friedhofes mit dem Rechte, dasselbst eine Gruft zu erbauen, welche er auch hergestellt hat, erlangte. Dies sind civilrechtliche Befugnisse, die der Verstorbene selbst ausgeübt hatte, welcher zweifellos das Recht besaß, die Gruft schon bei seinen Lebzeiten Anderen zu verkaufen oder zu verschenken, und es ist daher dieses Recht an der Gruft keine Sache, die außer Verkehr steht. Ob die an der Gruft auszuübenden Rechte Eigenthums-, Servituts- oder sonstige Rechte sind, ist für die zu beurtheilende Frage ohne Bedeutung; dieselben repräsentiren einen Geldwerth, waren also ein Theil des Vermögens des Verstorbenen, haben diese Eigenschaft durch seinen Tod nicht verloren, und sind daher nach § 531 allg. bgl. Gesetz. ein Theil seines Nachlasses. Wenn nun die Gruft ein Theil des Nachlasses ist, so muß sie nach § 95 des kaiserlichen Patentes vom 9. August 1854, R.-G.-Bl. Nr. 208, in das Inventar aufgenommen werden, und es war daher diesem Theile des Klagsbegehrens, es gehöre die Gruft in die Nachlasse und sei in die Nachlassinventur aufzunehmen, stattzugeben. Das weitere Begehrn jedoch, der Kläger habe nach dem Erbvergleiche auch diese Gruft übernommen, und es sei ihm dieselbe nachträglich einzuarbeiten, ist nicht gerechtfertigt und war abzuweisen, weil, wenn auch der Erbvergleich dahin lautet, daß der Kläger das ganze bewegliche und unbewegliche Nachlassevermögen, wie es am Todesstage lag und stand, übernimmt, sich doch aus dem ganzen Inhalte des Vergleichsprotokolles ergibt, daß dieser Vergleich nur eine Erbtheilung im Sinne der §§ 165 bis 168 des kaiserlichen Patentes vom 9. August 1854 ist, in welchem der Nachlaß auf Grund der Inventur berechnet und festgestellt wird, wie viel der Erbtheil eines jeden Erben im Gelde beträgt. Es kann demnach dieser Vergleich auf andere Theile des Nachlasses, welche im Inventar nicht vorkommen, nicht ausgedehnt werden. Nachdem die Gruft kein Gegenstand des Vergleiches war, so bildet dieselbe ein neu zu Tage gekommenes Vermögen, über welches nach § 179 des citirten Patentes eine neuerliche Verlaßabhandlung zu pflegen ist.

Das Oberlandesgericht wies die Klage zur Gänze ab.

**Gründe:** Nach dem Klagsbegehrn soll zunächst erkannt werden, daß die fragliche Gruft, rücksichtlich das Recht an derselben, zum Nachlaß des verstorbenen D. gehört, während der übrige Inhalt derselben die abhandlungsbehördliche Zuweisung des erwähnten Vermögensteiles betrifft. Zur Entscheidung darüber, welche Sachen in das Nachlassevermögen einzubeziehen sind, und wem der Nachlaß oder ein Theil davon zuzuweisen kommt, ist offenbar nur das Gericht berufen, daher sich die von den Gelegten erhobene Inkom-

petenzeinwendung als unbegründet darstellt. Was die Sache selbst anbelangt, so wurde von dem Kläger gar nicht behauptet, daß der Erblasser durch die Herstellung das Eigenthumsrecht an der Gruft erlangte, wohl aber wird von dem Kläger geltend gemacht, daß dem Erblasser infolge der vertragsmäßigen Vereinbarung das Recht eingeräumt worden ist, über den Begräbnisplatz und die darauf erbaute Gruft innerhalb des Rahmens der für den Friedhof bestehenden administrativen Bestimmungen ausschließend zu verfügen. Dem steht jedoch der Umstand entgegen, daß D. durch Anbringung der Aufschrift „Ruhestätte der Familie D.“ unzweifelhaft zu erkennen gegeben hat, daß der Gebrauch des bezüglichen Rechtes auch auf die Mitglieder seiner Familie ausgedehnt sein soll, wonach sich dieselben gemäß § 849 allg. bgl. Gesetzbuches in einer Gemeinschaft befinden, welche nach den Grundsätzen des 16. Hauptstückes des allg. bgl. Gesetzb. zu beurtheilen ist. Demgemäß haben alle Familienglieder das auf ihre Person beschränkte Recht erworben, den von der Friedhofsverwaltung angewiesenen Grundtheil zur Beerdigung und zu den damit verbundenen Zwecken in herkömmlicher Weise zu verwenden. Durch das Ableben des D. als Theilnehmers ist das ihm selbst zugestandene Recht an der Gruft als blos auf persönlichen Verhältnissen beruhend, gemäß § 1448 allg. bgl. Gesetzb. erloschen, bildet sonach keinen Bestandtheil seines Nachlasses und kann nach §§ 531 und 918 allg. bgl. Gesetzb. auf dessen Erben nicht übergehen. Absehend von diesem Rechtsverhältnisse dient der Friedhof als Bestandtheil des Kirchengutes ausschließlich Cultuszwecken, und es können, solange derselbe als solcher besteht, einzelne Theile hievon, welche von Privaten infolge Übereinkommens mit der Friedhofsadministration als Beerdigungsplätze benutzt werden, weder ihrer Bestimmung entzogen, noch in das Eigentum übertragen werden und sind, sowie die darauf erbauten Gräfte, vom allgemeinen Verkehrs ausgeschlossen, weshalb letztere nicht als ein frei-vererbliches Vermögen anzusehen sind.

Der oberste Gerichtshof hat das obergerichtliche Urtheil mit Entscheidung vom 26. Juni 1895, Z. 7768, bestätigt.

**Gründe:** Der fragliche Friedhof gehört laut der vorliegenden Acten zum Vermögen der dortigen Dompfarre und bildet nach kanonischem Rechte als res sacra eine res extra commercium, ist daher auch nach unserem bürgerlichen Rechte gemäß §§ 356 und 311 allg. bgl. Gesetzb. weder in seiner Totalität, noch in einzelnen Theilen derselben ein Gegenstand des rechtlichen Verkehres; Eigenthum an demselben kann, so lange ihm die Qualität als res sacra zukommt, von einer Privatperson überhaupt nicht, also auch nicht auf dem in den §§ 418 und 419 allg. bgl. Gesetzb. vorgezeichneten Wege erworben werden. Durch die Errichtung der Gruft auf dem genannten Friedhofe hat demnach D. nicht das Eigentum des Begräbnisplatzes, sondern, wie aus der Bestätigung der Dompfarre hervorgeht und auch vom Kläger zugegeben wird, nur das Recht erworben, den Begräbnisplatz durch Errichtung einer Familiengröße zu benützen. Von einem zum

Nachlaße des D. gehörigen Eigenthume dieser Gruft kann daher keine Rede sein und ist nur zu erörtern, ob und inwieweit das von ihm erworbene Benützungrecht einen Bestandtheil seines Nachlasses zu bilden vermag. In dieser Richtung ist nun zu berücksichtigen, daß D. das Benützungrecht nicht nur für sich, sondern auch zu Gunsten seiner Familienangehörigen erworben hat, wie dies aus der Bestätigung des Dompfarramtes und der über der Gruft angebrachten Inschrift unzweifelhaft erhellt. Durch den von D. mit der Dompfarre geschlossenen Vertrag hat nicht nur der erstere, sondern es haben auch dessen Familienglieder gegenüber dem Promittenten, nämlich der Dompfarre, ein Recht auf Benützung des Begräbnisplatzes mittels der dort erbauten Gruft erlangt, und liefert eben der vorliegende Rechtsstreit

den untrüglichen Beweis, daß das im Vertrage zu Gunsten der Familienglieder ertheilte Versprechen vom Kläger sowie von den Geflagten auch angenommen worden ist. Dieses den Familienmitgliedern selbstständig zukommende Recht hat nie-mals einen Bestandtheil des Vermögens des D. gebildet, kann daher auch kein Bestandtheil seines Nachlasses sein. Der dem D. aus dem Vertrage zustehende Anspruch ist aber durch dessen Beerdigung in der fraglichen Gruft consummirt, sein Forderungsrecht daher erloschen und mithin ein in den Nachlaß einzuzeichnendes Object nicht vorhanden. Auf Grund dieser Erwägungen erscheint sonach das Klagebegehren in seiner Gänze als unbegründet, und wird in Betreff der Zuständigkeit der Gerichte zur Entscheidung des gegenwärtigen Rechtsstreites auf die Gründe der beiden unteren Instanzen verwiesen.

## 38.

**Zakon z dné 7. julija 1896,**

veljaven za vojvodino Kranjsko,

**o zemljiškокnjižnem vpisu na podstavi zasebnih listin v malostnih zemljiškокnjižnih stvareh.**

Ponasvetu deželnegazbora Svoje vojvodine Kranjske na podlagi določil, katera obseza državni zakon z dné 5. junija 1890, drž. zakonika št. 109, o zemljiškокnjižnem vpisu na podstavi zasebnih listin o malostnih zemljiškокnjižnih stvareh, ukazujem tako :

**§ 1.**

Malostne zemljiškокnjižne stvari v smislu državnega zakona z dné 5. junija 1890, drž. zakonika št. 109, so one, pri katerih v dotednih zasebnih listinah navedani znesek kake terjatve ali cena ali vrednost kake legovine ali kakega prava sploh ne presega vsote 100 gld. brez obresti in postranskih pristojbin.

**§ 2.**

Ta zakon stopi v veljavnost s tistem dnevom, ko se razglesi.

**§ 3.**

Mojemu ministru za pravosodje je naročeno izvršiti ta zakon.

Ischl, dné 7. julija 1896.

**Franc Jožef, s. r.**

**Badeni s. r.**

**Gleispach s. r.**

**Gesetz vom 7. Juli 1896,**

wirksam für das Herzogthum Krain,

betreffend die grundbücherliche Einverleibung auf Grund von Privaturkunden in geringfügigen Grundbuchssachen.

Über Antrag des Landtages Meines Herzogthumes Krain finde ich auf Grundlage der über die grundbücherliche Einverleibung auf Grund von Privaturkunden in geringfügigen Grundbuchssachen im Reichsgesetz vom 5. Juni 1890, R.-G.-Bl. Nr. 109, enthaltenen Bestimmungen anzuordnen, wie folgt:

**§ 1.**

Als geringfügige Grundbuchssachen im Sinne des Reichsgesetzes vom 5. Juni 1890, R.-G.-Bl. Nr. 109, sind jene anzusehen, bei welchen der in der betreffenden Privaturkunde angegebene Betrag einer Forderung oder der Preis oder der Wert einer Liegenschaft oder eines Rechtes überhaupt die Summe von 100 fl. ohne Zinsen und Nebengebühren nicht übersteigt.

**§ 2.**

Dieses Gesetz tritt mit dem Tage der Kundmachung in Wirksamkeit.

**§ 3.**

Mit der Durchführung dieses Gesetzes ist Mein Justizminister beauftragt.

Ischl, am 7. Juli 1896.

**Franz Josef m. p.**

**Badeni m. p.**

**Gleispach m. p.**

39.

## Perijodična poročila in izkazi za leto 1896.

Velečastiti gospodje duhovni pastirji se vabijo, da vpošljejo najpozneje do 1. decembra t. l. potom dekanjskih uradov knezoškofiskem uradu za leto 1896 običajna perijodična poročila in izkaze, in sicer:

1. o številu duš v posameznih duhovnjah,
2. o številu potrebnih direktorijev in šematizmov za leto 1897,
3. o številu prebivalstva po veroizpovedanju,

4. o premembah poštnih postaj, h katerim pripadajo posamezne duhovnije, isto tako o telegrafičnih postajah,

5. o okrajnih in krajnih šolskih nadzornikih, če so duhovniki,

6. o napakah, ki so se morda vrinile v letošnji škofiski šematizem, in o podatkih, ki bi spoplnili krajnji imenik.

40.

## Konkurzni razpis.

Razpisane so sledeče župnije: Goriče v kranjski dekaniji, Dobráva pri Kropi v radovljški dekaniji, Rova v kamniški dekaniji in Vavta vas v novomeški dekaniji. — Prošnje za prvi dve župniji je obrniti na visoko

c. kr. deželno vlado v Ljubljani, one za Vavto vas na velečastiti kapitelj v Novem mestu, in one za faro Rova na slavno lastništvo patronskega posestva Gerlachstein.

Zadnji rok za vlaganje je 12. november 1896.

41.

## Škofijska kronika.

Kanonično vmeščena sta bila č. gospoda: Andrej Kalan na Čemažarjev kanonikat pri stolni cerkvi ljubljanski in Frančišek Kummer na župnijo Stara Loka.

Župniku na Dobráyi pri Kropi č. g. Valentini Aljančiču podelila se je župnija Jesenice; župniku v Vavti vasi č. g. Antonu Korbiču župnija Železniki in kapelanu v Sodražici č. g. Alojziju Pehaniju župnija Knežak.

Premeščeni so č. gg. kapelani: Janez Zabukovec iz Naklega v Podbrezje, Jožef Benkovič iz Podbrezja v Naklo, Karol Čik iz Radeč v Hrenovice, Martin Nemanič iz Hrenovic v Mirno Peč, Frančišek Indof iz Mirne peči v Prečino, Jožef Koblar iz Gorij v Škofo Loko, Anton Medved iz Šmarija v Bohinjsko Bistrico, Tomaž Rožnik iz Zagorja v Mengeš, Jožef Cegnar iz Žirov v Moravče, Frančišek Češarek iz Metlike v Šmarije, Ignacij Nadrah iz Metlike v Tržič, Leopold Zaletel iz Mengša kot farni upravitelj na Goriče, Janez Renier iz Alojzijeviča k sv. Jakobu v

Ljubljani, Janez Trpin iz Tržiča na Ig, dr. Frančišek Ušeničnik od sv. Jakoba v Ljubljani kot spirituval v Alojzijeviče, Jakob Bajec iz Nadanje Sela kot kurat v Ustje, Karol Lenasi iz Blok kot eksposit v Nadanje Selo, Jernej Bernard iz Smlednika v Bloke, Anton Hribar iz Dóbrove v Smlednik, Janez Jelenec iz Iga v Sostro, Karol Dornig iz Sostrega na Dóbovo, Anton Medved iz Mirnepeči kot farni upravitelj na Sveti Goro, Janez Volk iz Starega Trga pri Poljanah v Dolenjo Vas, Eduvard Kosobud iz Knežaka v Cerkle na Gorenjskem.

Kot kapelani so novonastavljeni čast. gospodje: Anton Plešič v Št. Jurju pod Kumom, Peter Kopivec v Radečah ob Savi, Janez Godec v Gorjah, Janez Mihelčič v Zatičini, Jakob Benedičič v Žireh, Alojzij Jarec v Metliku, Jožef Novak v Metliku, Jožef Erker v Šempetru pri Novem Mestu in Lovro Tič v Sodražici.

Knezoškofijski ordinariat ljubljanski dné 21. septembra 1896.